

Sed esto: plura etiam concedo: Remaneat pars fumi Concessio
extincto Cometa. Scire uelim à tanto sapiente, qua ra-
tione, qua ui, ex fumo qui sub æthere manet (ibi enim Co-
metæ ardor) uenti apud nos fiant. Quid fumus de cœlo Noua quæ
& summo igne deorsum pellit? Num calor ignis? At hîc, stio in Ari-
uel nullus ibi est, ut puto, uel, si fuerit, ad se rapiet uehe- stotelem
menter, cum fumus ille sit aptissima ignis esca. Certè ad Descensus
fornacem non uapor tantùm, uerùm etiam ipse aer frigi- fumi ad uē
dus magno impetu fertur, ut uel flaminas ab ostio forna- tū edendū
cis impellat, quod ego sæpe admirans obseruaui. Num
cœlum fumos depellit? Profectò si hoc dicant, id erit,
uel quia cœlum æthernū est, uel quia lucidū, uel quia
circumlatum. Quid cum fumo cœli substantiæ? Lux au-
tem & radius nec trahit nec pellit. Motus autem potius
rapiet & retinebit, quām possit detrudere. Et placet om-
nibus istis, ut cœli uertigo fumū calefaciat & inflāmet: id
quod omnino fumi descensum impediet. Nam stellas di-
cent hoc facere? Sed in his, ut de cœlo dixi, nulla uirtus
ad fumum depellendum, Sed contrà potius tollendum,
quanquam & istud ex accidenti. Nam stellæ suapte natu-
ra illuminant, reliqua aliunde sequuntur. Calor enim in
aere concursu & conflictu radiorum fit. Concursus ex re
percussu. Hoc autē ex cauitatibus terræ. Aere iam calefa-
cto, terra & aqua incalescunt: inde uapor emergit cali-
dus, qui sua sponte, tollente leuitate ac tenuitate, ascen-
dit. Quid igitur? ipsemet fumus qui sub æthere hæret,
ultrō delabetur? Si fumus re uera ille sit, nec uerbo fu-
mus, natura uerò lapis aut grando nunquam ad nos de-
uoluetur. Leuis enim omnis halitus & uapor, & hinc à
nobis ascendit. Miniuè igitur sublatus descendit, præser-
tim ijs de causis, quia in callidissimo est, ut uolunt, loco, et
propè cœli motum, ut aiunt, calefacientem, & post incē-
dium excellens, unde fumi maior erit, quām prius fuerit, Occupa-
cum calor, tum leuitas. Dicent (hîc hærebunt) post Co- sensus in-
metam fumos gigni. Credam si causas addiderint. Nam ter argu-
â Cometa præsente nullus calor. E quidem rigebam hoc menta-

Contentio
acrior

E